

Index Titulorum, & Argumentorum.

BOMBARDÆ inventio, & nomen, Vis, & perniciēs. 979. & seqq.	BRACHII affectus, Vide <i>Affectus</i> . Brachii magnitudo, notæ, robur. <i>ibid.</i>	BUCENTAURUS navis, quæ & qualis? <i>ibid.</i>
BOMBYCES, & eorum cura. 980	BREVITAS Sermonis, seu breviloquentia, & de ea apophthegmata. 992. 993 Staturæ in hominibus. <i>ibid.</i>	BUCENTHALI apud Theſſalos, qui & unde dicti?
BONUM, & Bonitas quid, & unde dicta? Ejus cognitio difficilis, & divisiones, Boni viri descriptio, & requisita, Boni populi. 981 Privati homines. Pontifices, & Episcopi, Principes. Reges. 982. & seqq. Imperatores. 981 Boni simul, & sapientes. Boni simul, & indocti. 989 Boni, & politici. Boni, & rei bellicæ periti. Duces. 988 Milites. 990 Boni, & valetudinosi. Boni, & pauperes. Boni, & divites, opulenti, Bonæ mulieres. Bos. Boves ubi, nec unius generis. 991 Borum copia, stabula, curatores. 992	BRUTA, 994	BULBI quid?
	BRITANNIA, & Britanni, eorumque Reges, Legislatores. Vide <i>Indicem generalem</i> .	BULLA quid, ejuſque acceptio varia.
	BUBALI ubi reperiantur, eorumque ferocitas, & cibus. 994	BULGARORUM Legislatores. Vide <i>Legislator</i> .
	BUBO, avis infausta. Quibus in honore habeatur? 995	BULMIA quid? Vide <i>Affectio ſtomachi</i> .
	BUBULCI celebres, & ad alta promoti. <i>ibid.</i>	BURGI qui, & unde dicti?
	BUCCINA quid, unde dicta, & illius usus. <i>ibid.</i>	BUTYRUM, à quibus, & quando colli coepit, & ubi in copia? 997
		BYSSUS quid, ejuſque etymologia, usus & pretium apud veteres. Item copia apud Europæos. <i>ibid.</i>

FINIS.



THEA-



THEATRUM
VITÆ HUMANÆ,

AUCTORE

LAURENTIO BEYERLINCK,
ARCHIPRESBYTERO ANTVERPIENSI,
TOMUS PRIMUS,
Continens Litteras
A, B.

* Asterisci Titulis, sive Generalibus, sive Secundariis, Rebusve sub
iisdem contentis præfixi, posteriori Auctarij sunt indices.

A * A Littera.
EJUS DIGNITAS, VIS, USUS.



LITTERARUM princeps, & ordinis prima. Unde & Hebræis, *Aleph*, quasi principium, dicitur. Habet autem præ cæteris litteris hanc prærogativam, quod suapte natura, Instrumenti nullius vocalis indiga, libera pronuncietur, primaque in Infantibus articulata dignoscatur: unde ad illius pronunciationem, neque dentium, neque labiorum ministerio est opus, sed sono dumtaxat, uti per se notum est. Ideoque & vocalium prima habetur, imò & reliquarum litterarum Dux & Princeps, non modò apud Hebræos, Græcos, Latinos; sed etiam apud Samaritanos, Chaldæos, Ægyptios, Phœnices, aliisque Orientales. Phœnices tamen, qui litterarum inventionem sibi adscribebant, primæ vocalis nomine Bovem appellabant, quòd id animal humanis usibus foret maximè necessarium. Quod verò necessarium est, ait Hesiodus, neque secundum debet esse, nec tertium, sed primum omnino. *Ioan. Pierius lib. 3. Hieroglyphic. cap. 18.*

APUD ÆGYPTIOS.

MERCURIUM Ægyptiis litteras communicasse, auctor est *Plur.* Non tamen formas characterum eos habuisse constat, sed animalis alicujus effigiem, ex familiari illius gentis Hieroglyphicorum usu. Itaque primam litteram ibi apud eos fecisse volunt, quæ species est avis haud multum abfimilis Ciconiæ. In incessu triangularem refert figuram, curvibus ita dispositis. Unde etiam prima apud nos & Græcos littera trianguli isoscelis faciem exprimit: ut observavit idem *Pierius* supra, *lib. 47. cap. 17.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

NOTA APUD EOSDEM, ROMANOS, ET GRÆCOS.

Erat littera A, apud Ægyptios, Græcos, & Romanos, nota abfolutionis, quomodo C. condemnationis. Siquidem, teste *Pediano*, universi iudices in cassam tabellas littera signatas conjiciebant. *Idem lib. 17. cap. 23.* Hinc & *Cicero* eam appellat litteram salutarem.

MULTIPLICATA QUID SIT?

In veterum monumentis nonnullis, & numismatibus, F invenitur, unà cum imagine, & inscriptione, ternæ litteræ AAA & FF. ac testatur *Ioan. Pierius*, apud se duos hujusmodi nummos servari. Dicit autem per eas litteras significari *Auro, Argento, & Ere faciundo*. Et affirmat passim ea inventi in nummis Augusti Imp. *lib. 50. cap. 15.*

SYMBOLUM IN SACRIS LITTERIS.

A in litteris divinis principium significat, sicuti Ω finem, unde & Hieroglyphicè hæc litteræ Deum representant, ut cujus de ea re testimonium per *Joannem Apostolum in Apocal.* adfertur habemus. Ego, dicit, sum Alpha, & Omega: G Principium, & Finis, *cap. 1.* Ita *Plato* hæc eadem Deo tribuenda scripsit. *Ophi. di. Ouis, $\alpha\omega\tau\eta\varsigma$ $\eta\delta$ $\tau\alpha\alpha\alpha\omega$ $\lambda\eta\theta\omega$, $\alpha\eta\chi\lambda\eta\tau\epsilon$, & $\tau\epsilon\tau\alpha\rho\lambda\omega$, & $\mu\epsilon\tau\alpha$ $\alpha\eta$ $\sigma\tau\alpha\tau\alpha\iota$ $\alpha\omega\alpha\tau\omega\iota$ $\epsilon\chi\omega\iota$* , hoc est, Deus, quemadmodum & olim dicebatur, principium, & finem, & medium rerum complectens. Imò Græcis usitatum, si quidem laudare vellent, primum & ultimum appellare, ut apud Theocritum de *Ptoleomeo* legitur. Etiam Latinis id in usu. Nam *Virgilius* Augustum laudans *Ecl. 8.*

A te principium tibi desinet.

Igitur proprium Deo est esse principium, & finem omnium rerum, hoc est, causam efficientem, & finalem omnium creaturarum: juxta illud *1. a. 44.* Ego primus, & Ego novissimus.

SYMBOLUM APUD PROFANOS

AUCTORES.

Apud Poetas & alios Scriptores, Alpha, sive A, hominem primarium designat, sive præcipuum: idque propter similitudinem ordinis, quem hæc littera habet præ cæteris. Unde *Martial*, in *Epigramm.* divitem fictum ridet, eumque Alpha

A Penul-

A penulteriorum appellat, hoc est, inter pauperes & plebes primium tenentem locum; his carminibus:

Hic quem videtis vestibus vagis lentum, Anethybi nauis media qui secat septa, Quem non lacrimis Publius meus vincit. Nam ipse Codrus Alpha Penulatorum, Quem rex togatus sequitur, &c.

Et lib. 5. Epigramm. 27. iocatur in Codrum offensum, quod eum Alpha appellasset, monetque, ut se vicissim Beta appelleret, hoc est secundum locum deferat, sicut et detulit primum. Est autem hoc Epigramma:

Quod Alpha dixi, Codre, Penulatorum Temper, aliqua cum iocaver in charta, Si forte bilem movit hic tibi versus, Dicat licet, Beta me Togatorum.

Erasm. in Chilliadibus.

PENTALPHA, sive quinque A.

Ex quinque Alpha, dispositis aequali ab invicem spatio, & lineis ab iisdem duobus alternatim a pentagoni recti punctis, prosilit figura quinquagularis. Ferunt autem, Antiochum cognomento Soterem Syriae Regem, cum adversus Galatas acie deceraturus esset, per nocturnam imaginem videre sibi adfuisse Alexandrum, qui indicaret, ut militibus testem daret Byzantem cuius dicti Hieroglyphicum jam olim inventam erat triplex triangulum inter se complicatus, ex quinque partibus lineis sese invicem in puncto contingentibus. Eo igitur incunctanter facto, & ejusmodi pentagrammate in vexillis scutisque formato, maximam victoriam fuit consecutus. Exat Antiochi nummus argenteus ex forma insignitum, additis per lineatum intervalla litteris TIEIA.

BYZANTINI Imperatores in suis castris id observabant, ut qui sub Praefecto pedites mēbant, nomenque propugnatorum deferēbant, ceruleam praferrent patinam, cufus margo purpureus videretur umbilicum intra peritrocha continebat. Quicquid erat spatii reliquum inter umbilicum, & lineas, quae pentalpha illud describebant, purpureo erat colore illitum. Joan. Pierius supralib. 17. c. 31.

ALPHABETI ABUSUS.

Quere in loco de Scripturis, Tit. Forma Scripturae variae.

A. B. T. Confundit Oratorem.

Puer Barbarus Athenis tres primas Graecas litteras didicerat, e. b. y. cumque in patriam remeasset, magno popularium favore exceptus fuit, & Praetori eundem Graecae conionanti oportere. Qui ut erat summo perē vocalis, parum alioquin salis habens, & petorare coepisset, puer elata voce inclamare coepit a. b. y. Perterritus eo sono Praetor, sinit Barbati idiotiam ignari, civem suum vicisse existimantes, magno plausu illum domum reduxerunt.

Quere locum de doctrina, Tit. Docendi modi.

Aaronis Sacerdotium.

Quere Sacerdotium.

Abbas.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Abbas Hebraeo Syroque sermone Patrem significat, ac idem est cum Graeco πατρις: usus est hac voce Christus in Evangelio, Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt, &c. Marc. 14. & Paulus ad Roman. c. 8. & ad Galat. c. 4. Rationem hujus conjunctionis dicit S. Hier. in comment. epist. ad Gal. 12. c. 4. consuetudinem Scripturae, conjungentis nonnunquam verbum Hebraicum cum sua interpretatione, Myrticam causam dat S. Aug. lib. 2. de consens. Evang. c. 4. quod nempe Dominus conjunctionem Ecclesiam ex Judaicis & Gentibus, & indicare volens Deum esse patrem tum horum, quam illorum, voce Hebraica & Latina, sive Graeca usus fuerit.

USUS, ET MUNUS.

Post magni istius Antonii Eremitarum & Monachorum institutum celeberrimi, (non quidem quod ante eum nulli existissent, sed quod is eos in ordinem & certas regulas redigeret, & in conventus disponere coepit,) tempora, Monachorum monasteriorumque Praefectus nomen Abbatis inditum fuit: ut ea nomenclatura moneretur officii sui, quod in gubernandis fratribus non se dominos praestare, sed ve-

lut Patres exhibere deberent: qualis Apostolus voluit haberi Corinthiis, 1. Cor. 4. ad Philipp. 2. Itaque posterioribus temporibus, Abbas nomen, quod ex fide institutum est nomen solitudinis potius, quam ordinis aut honoris, gloss. fin. in cap. tuam, de etat. & qual. dignitatis Ecclesiasticae, & praeturae superioris appellationem sortitum fuit, & non nisi summis monasteriorum praefectis impositum. Legatur P. Greg. lib. 15. Syntag. cap. 13.

GENERA VARIA.

ABBATES quidam sunt Saeculares, alii Regulares. Saeculares sunt in plerisque collegiis Ecclesiis, & numerantur septem in Chronice Leodensium, qui toti Canoniconum collegio praesunt, & alibi Praepositi appellantur. Horum autem non una est species.

Quidam enim non solum in Clericis, sed & in Laicos jurisdictionem exercent Episcopalem, & insignibus Pontificis utuntur, nempe mitra, baculo, & ornamque dignitas Episcopali est proxima.

Alii eam habent jurisdictionem, nec insignia: unde post primas dumtaxat dignitates locum, & titulum sortiuntur.

Cur autem nomen Abbatis manserit apud saeculares Clericos, rationem dant nonnulli, quod ea congregationes antequam essent Canonicae, fuerint Monasticae: verum cum id per omnia non obtineat, existimat I. Molanus l. 3. de Canonice cap. 9. olim Canonicos etiam habuisse Abbates, de quibus est elegans caput Parisiensis Concilii, quod habitum est sub Ludovico & Lothario Imperatoribus. Est autem tale: Decet, immo necesse est, ut Abbates Canonicos attendant: ad quid Abbates voentur. Si patres spirituales sunt, & filios spirituales Domino gignat, juxta illud Apostoli: Secundum Evangelium meum ego vos genui; merito patres appellantur: si vero secus incederint, tanto nomine se indignos faciunt, cap. 37. Et paulo post: Unde etiam summo perē Episcopos, ad quorum curam pertinent, providendum est, ut ejusmodi Abbates ab illicitis se abstineant, & dictis & exemplis sibi subditis ad vitam aeternam ducatum praebere contentant. Quod si Episcopo suo obedire superbiendo reuertit, synodali judicio aut corrigantur, aut certe principali auctoritate interveniente, honore praelationis priventur. Haec enim constitutio Parisiensis. G.

Talem Abbatem habuit Trajansenis Ecclesia S. Gregorium, cum esset Vicarius S. Bonifacii Archiepiscopi sui, ut apud Hucbaldum & alios videlicet. Cujus sanctissimam vitam S. Ludgerus primus Episcopus Monasterii descriptit, Limbalus in vita Lebnini.

Ceterum constat etiam ex novellis primarum Ecclesiarum constitutionibus, sive plantationibus, propter raritatem ministrom, non modo Clericos, sed etiam Monachos, ab Episcopis ad suas Ecclesias Cathedralis evocatos esse, & quodam spiritu dilatandi fidem Catholicam inflammatum, animo ad martyrium praeparato, ultro se obtulisse, ad subeunda, sub obedientia Episcopi, duta cum infidelibus certamina.

Sunt autem alterius generis Abbates saeculares, qui regularis vitae, & professionis Abbatis possident. Quales multos aliquando Belgium nostrum habuit, per quos turpiter florentissimorum Monasteriorum disciplina saepe est collapsa. Poterit notandum hoc loco est, Comitem Hannoniae in Belgio, in sua inauguratione instrui Abbatem Ecclesiae S. VValdetrudis in civitate Montensi; etque in dicta Ecclesia H sepulchro Comes Baldwinus, agnomine Dives, addito titulo Abbatis. Habuit autem hoc illustrium Canoniconum collegium olim Abbatis, sed cum circa illius electionem variae emergerent difficultates, expetitus fuit Hannoniae Comes, perpetuus earum defensor, & Abbas saecularis, cui fructus Abbatis dantur, & eique possessio traditur per Pedum, quod etiam in processibus publicis ei anteaerit, semperque defertur, etiam si ille praesens non sit. Hoc Molanus supra.

Denique in plerisque Cathedralibus reperite est Abbates, qui nulla ratione praesunt Canonico collegio, sed tantum in choro, consensu, & primitus praerogativam habent: ut in Toletana Ecclesia Cathedrali. Abbas post Joan. And. in cap. Majoribus, de preb. Dec. in cap. decern. de judic. Joan. Selva de ben. p. 1. ben. 42. n. 36. Videtur Azorius Instit. Moral. l. 3. c. 19. Abbates Regulares sive quos alicui Religiosorum cenobio praesunt, & his in Canonice constitutionibus, ac aliis quibusvis, nomen Abbatis tribuitur: de quibus pauca super sunt discutienda.

ELECTIO.

AD ABBATIS ELECTIONEM REQUISITA.

Professio, etas, &c.

Primum requiritur, ut qui in Abbate alicujus monasterii eligendus est, sit in illo Ordine professus, non novitius. Ita Decretal. Bonif. 8. in 6. de Elect. Poterit tamen Abbatia in commendam dari, etiam non Professo.

II. Debet esse Sacerdos. Ita in Synodo. Pictav. in Decret. III. Debet annum aetatis 35. attigisse. In Synodo Lateranen. sub Alexand. III.

IV. Debet eligi monasterio, cui praeficitur: quamvis ipse non fuerit ex illo monasterio. Greg. lib. 4. Epist. 43. ad Cassiorum Aviminen. Epist. 8. l. 7. epist. 18.

V. Electus debet confirmari Romani Pontificis auctoritate. Cap. si Abbas: Bonifacii VIII. in 6. Et juxta Ecclesiae usum benedicti. Urban. Pap. apud Gratian. cap. alienationes 12. q. 2. cap. quoniam, dist. 69. Sed de isto, infra.

Abbatibus & Potestas.

In Abbate gemina potestas consideratur, jurisdictionis, & ordinis, quae habet potestatem conferendi tonsuram, ordines minores, consecrandi vestes, & vasa sacra, ac impertiendi solemnem benedictionem. Idque juxta Juris praescriptum, & receptam consuetudinem, si alibi talis sit, non aliter.

Possunt Monachos sibi subditos abolvere ab omnibus peccatis & censuris, nisi alteri superiori reserventur, atque in eisdem ferre sententiam excommunicationis; quod Abbatibus facere non potest, ut declaravit Honorius III. cap. dilecta. Tit. de major. & obedien.

Possunt Monachos incoercibiles ejicere. Et c. Monachus 20. q. 4. alia facultates eisdem communicantur. Item in c. cum pro utilit. & cap. Monach.

Insignia.

Monachorum insignia dicit Bern. epist. 42. Laborem, latebras, & paupertatem. Tamen Abbates nonnulli utuntur insignibus Pontificalibus, sive Episcoporum: puta, mitra, baculo sive pedo pastoralis, chirothecis, annulis, sandaliis, ac pleraque etiam, quae sunt ordinis Episcopalis, exercent.

Quoad vero illa insignia, sentiunt Doctores, illa Abbatibus non competere ex consuetudine praescripta, vel ex indulto Sedis Apostolicae. Exat privilegium Clementis Pape II. in sexto Decretal. Tit. de Privilegiis.

Solebant enim Abbates olim cum Monasteriorum claustra admodum essent extensa per sylvas, & invia loca, summo labore ex loco uno ad alium se conferre, praedicandi verbi dei gratia. Unde merito eisdem indultum, ut pastoralibus insignibus decorarentur; ac fortassis in symbolum illius, pedo Abbati velum, sive sudarium appenditur, quo olim sudorem itineris, & concionum labore provocatum detergebant: nunc cui usui serviat, non satis conficit, nisi ut pristini officii moneantur. Reprehendit in Abbatibus D. Bernard. quod Episcopalia insignia sibi usurpaverint. Epist. ad Henricum Senonem. Epist. 43. Et gravius Petrus Blesensis, Epist. 90. ad Gulielm. Abbatem, fratrem suum.

Dignitas, & Praerogativa.

Abbas Abbates, illi saltem, qui Episcopalis insigniis utuntur, dignitatem, & praerogativam alius dignitatibus minoribus: patet ex cap. decernimus, ubi Abbas nominatur ante Archiepiscopum, ac consequenter alios inferiores ab Episcopo. Olim tamen Monachi omnes, etiam Abbates, cujus Clerico saeculari inferiores erant. Constat ex c. sub Daciano dist. 93. Et modo servanda est casusvis Ecclesiae praescripta consuetudo quoad praecedentiam Abbatum ante alias Dignitates.

Interim communior sententia est, Abbates non praecedere capitulum Cathedralis, quando processionaliter procedit habereque super ea re egregium tractatum Barth. Cassaneus part. 4. Catal. glor. Mond. in fine, qui addit: Non debent Abbates vel religiosi curate de honoribus vel praelationibus, & inferioribus se subigere debent, secundum ea, quae notat gloss. fin. in Clem. 2. de relig. domini.

Et D. Bernard. Duodecim humilitatis gradus magister vester Christus edidit, in quo quae illo rum docetur aut continetur, ut hoc salu delectari Monachus, has debet querere dignitates: Epist. 24. sub fine.

ORDO ABBATUM INTER SE.

Censet Cassaneus supra, quatuor Abbates Ordinum gen. L. B. T. beatr. vii. Human. Tom. I.

ralium. puta Cluniacensis, S. Benedicti, Cisterciensis, & Prae. E. monitracensis, debere praecedere omnes aliorum ordinum Abbates: vocantur enim Reverendi Patres in Christo; alii dumtaxat Reverendi Patres: ita ille, considerat. 37.

ABBATISSAE QUAE?

EARUM POTESTAS.

Abbas solitudinis potius nomen est, quam honoris: cumque in mulieres Deo dicatas Abbatis solitudo devenit, etiam non ad eadem translatus. Habent haec quaedam etiam insignia Abbatis communia, ac nominatim pedum, in signum jurisdictionis maternalis, quam in subditas exercent.

Excommunicate non possunt, ut diximus supra de An. Bor. Abb. Possunt de Jure visitare monasteria monialium sibi subiecta. Sed quia nequeunt monasteria septa exire, possunt, tanquam legitime impeditae, Religiosos aliquos subrogare in locum suum. Archidiacon. in cap. de statu Reg. in 6. quamvis alii sentiant, ea monasteria per Ordinarium visitanda; quod non est adeo certum, neque in praxi Aforius p. 2. Instit. Moral. lib. 3. cap. 41. num. 9. & 11.

ABBATUM CONFIRMATIO ET BENEDICTIO.

ABBATES qui ab Episcopi Jurisdictione eximuntur, confirmari debent auctoritate Sedis Apostolicae, post electionem: vel certe Legati a latere. Exstat constitutio Bonifacii 8. in 6. Decretal. cap. si Abbatem. Alias, si exemptus non sit, ab Episcopo confirmatur: ut notavit Panorm. in cap. cum monasterium de electione, in sexto.

Confirmatione accepta, debent ab Episcopo benedicti, idque secundum Ecclesiae suae usum, ait Urbanus Papa apud Gratianum. Ejus autem benedictio vocatur manus impositio in Syn. 7. c. 14. Potestque ea benedictio fieri quovis die, etiam feriato; neque enim tam solemnis est, quam consecratio Episcopi.

Abbatium Incorporatio. Quere locum de Ecclesia Tit. Bona Ecclesia non alienanda.

ABBATES DOCTRINA ET SANCTITATE ILLUSTRIS.

Præmittendum hic est, olim omnium Eremitarum ac Monachorum praefectos, & praesides, vocatos fuisse Abbates, hoc est patres, propter paternam solitudinem & curam, quam erga subditos exercebant. Neque erat tunc nomen dignitatis, aut singularis eminentiae. Tandem corrupti temporum mores etiam hanc functionem, quae humilis prius erat, extulerunt, novisque titulis, insignibus, & dignitate praeturae cumularunt.

Inter illos autem, qui eadem dignitatis praerogativa respicenduerunt, plures fuere sanctitate, & eruditione illustres, ac veri Ecclesiae Patres: paucos & multos dabimus. Et ut omitamus Augustinum, Basilium, Hieronymum, qui etiam merito inter Abbates principem locum obtinent, ex quo Monachorum patres fuerunt, & Institutores: celebres Abbas fuit Antonius Aegyptius, qui ingressus Ecclesiam adhuc adolescentens, cum audivisset ex Evangelio: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quae habes, &c. tanquam ea sibi dicta essent, omnia pauperibus distribuit: tandem in solitudine secessit, ubi & plures sui imitatores habuit, tantaque etiam vivus sanctitate emicuit, ut per litteras se ejus orationibus Constantinus Imp. commendaret: mortuus etiam miraculis claruit, & Sanctorum albo inscriptus fuit. Brev. Rom. Svirius in vita.

Benedictum prophetiae dono, ac inenarrabili vitae sanctitate praesurgentem, posteris tradiderunt annales sacri, ut ejus anima visa est in caelum deferri, & vir ad caput illius aditare & dicere: Haec est via, qua dilectus Domini Benedictus in caelum ascendit.

ROMUALDUS Camaldulensium Monachorum auctor, ea fuit vitae innocentia, ut scalam eidem Deus ad instar Patriarchae Jacob in visu ostenderit, per quam homines candida veste amici in caelum pergebant. Ejus corpus post quinquennium a sepultura integrum reperit fuit, & Fabiani in sui Ordinis Ecclesia conditum. Breviar. Rom.

MARTINUS Dumienensis Monasterii Abbas, & postea Episcopus Bracaracensis circa annum Dom. 572. varia eruditionis suae monumenta reliquit, quae existant Tom. 5. Biblioth. SS. Patrum.

ANTIOCHUS Abbas sub annum 630. scriptis 129. orationibus illam calamitatem, quae tempore Heraclii Imp. acciderat, A 2 quan-

A quando nonaginta millia Christianorum fuerunt abducta, & à Judæis vendita.

Etiam posteritati commendata repetimus monumenta Berengosi & Esajæ Abbatum, Tom. 2. Biblioth. S. S. P. P. quomodo Tom. 5. opera plura Maximi Monachi, & martyris illustris.

De Hilduino Abbate S. Dionysii, tempore Ludovici Pii, videatur Sarius Tom. 5. die 9. Olybr. & Bellarm. de Script. Ecclesiasticis.

ANASTASIVS Bibliothecarius, & Abbas Romanus, vir doctus Græcè & Latine, multa scripsit, quorum catalogum supra habet Bellarm. uti & scriptorum Elenchum, quæ vulgavit Rheginon Abbas Prumiensis sub annum 908. Frodoardus Abbas Rheimensis, circa ann. 960. Bernon Abbas Augustensis, sub initium sæculi undecimi. Ingulphus Anglus, qui vixit Anno Dom. 1050.

Verum jam dictis comparandus venit Rupertus Abbas Turicensis, qui vixit ætate Henrici IV. Imp. & Paschalis II. Pont. Scripsit plura, quorum catalogum ipse ponit in prologo librorum de divinis officijs, & legatur Bellarm. de Script. Ecclesiasticis.

S. BERNARDVS Clarevallensis Abbas, vir fuit Apostolicus, nec minus gloria miraculorum, quam sapientia splendore illustris. Floruit tempore Innocentii II. Pontif. Ejus opera miram sanctitatem, & humilitatem spirant, & numerantur à Gofrido ejus discipulo & alumno, lib. 3. vite ejus, cap. ult. & Bellarm. supra.

S. Bernardo merito adjiciendus Petrus Abbas Cluniacensis illustrius, ut epistola ultro citroque misse testantur. Erat hic nobilis Aquitanus, & ex milite Monachus factus multa eruditionis fuit monumenta reliquit, & quibus luculenter constat, quantum fuerit in erudendis rerum sacrarum myteticis.

Etiam Richardus de S. Victore, Bernardo charus: vixit autem uterque sub annum 1130. duos Tomos operum eruditorum evulgavit, & Hugonis tempore in monasterio S. Victoris in Scotia sanctissimè vixit.

ARNOLDVS Carnotensis Abbas Bonævallis, vir fuit pius & doctus, ac D. Bernardi discipulus & amicus. Eandem laudem cum priore meretur Conradus Urspergensis Abbas Ord. Præmonstrat. qui scripsit Chronicon à primo Rege Astyrionum Belo, usque ad annum Dom. 1229.

NICOLAUS Panormitanus Archiepiscopus ex Abbate Ord. S. Benedicti, ac demum Cardinale, commendat insignes commentarii in lib. Decretalium, præter erudita consilia, aliaque opera.

Superioribus jungatur Ambrosius Camaldulensis, Florentinus, Abbas generalis Ordinis sui, vir scriptis, & insigni prudentia clarus, obiit anno 1490. De quo videatur Bellarm. supra.

Abdomen.

Abdominis affectus variis. Quere Corporis humani affectus.

Abdominis apertione mortui. Quere Titulo de Mortui ibi mortui ex morbo, vel corporis affectione.

D

Ablutio.

Quere Baptismus.

Abionitæ, aliis Ebionitæ.

Quere Heresi. In Elencho Hereticorum seculi primi.

Abliguritores.

Qui & Decolores.

QUI, & UNDE DICTI.

Dicuntur Abliguritores, qui paternam maternasque res, sine discrimine absumunt, & ad aliena quoque absumenda toto conatu seruntur. Sumpta translatione ab aviditate ciborum, quam liguritionem vocant. Dicitur enim Abligurio, quasi ligurienti absumo, & utitur eo verbo Tertullianus in Eunuchis, & Cicero ad Brutum.

INDICIA & HEROGLYPHICA.

Similis voracitatis homines per Polyptum flagellis deturcatum significabant Veteres, quod si ita famis impatiens habeatur, ut si cibus desit, in propria viscera saviat. Unde Alcaeus: E δὸδ' ἐμαυτὸν ὄσ Πόλιπυον. Ipsum me comedo, ut Polyptus.

Eundem per pecudes capræve canizam depascentes significabant: eò quòd animalia, quæ caniza vescuntur, insatiabili fiti concitantur. Vide Ioan. Pierium lib. 58. Hierogl. cap. 45.

Exempla que huc referri possunt, pete ex Titulo Prodigalitatis, Intemperantie, Voluptatis: prout variis modis variis sua decexerunt.

ABLIGURITORIS JOCUS.

Cum sua Decolator subeuntem limina sorem.

Quere sperat a nocte videt opes;

Nocte quid in nostris circumspici aibus? inquit:

Hic ego nil medici cernere luce queo.

Ioan. Lovichius in suis Poemat.

Abnegatio.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Abnegatio, Gr. ἀρνησις, & præpositio sublativa, ἀπρὸς, insinatio. Ἀρνησις, Nego, Recuso, eorū ἀρνησις. Eadem insinantes. Hebræa seu Sancta lingua, quæ aptissima vocum ac nominum definitio tradit, duabus voculis abnegationem, & negationem denotat. i. est Chaschab ab eodem verbo, quòd idem est, ac si Latine dicas, Negavit, denegavit, mentitus est, frustratus est, non respondit voto. Cognationem habet cum Schachab, oblitus est, & Kaschab, obtenebratus est: nam quæ animo sunt obtenebrata, & oblivioni tradita, abnegata vel negata dici possunt. 2. Altera vox est Mein, i. Renuit, recusat. Unde participale nomen, Mean, recusans, & Meanim, recusans, quòd idem est, ac abnegans, & abnegantes. Cognationem verò habet Neem cum negativa particula Aini, id est, Non. Hinc Aini, repugno: & per aphæresim Aini, repugno, G tenno.

Abnegare in sacris, & Ecclesiasticis scriptis significat in genere repudiare, relinquere, vel sententiam, perionam, vel rem aliquam plane deserere. Sumitur tum in bonam, tum etiam in malam partem. In malam, ut si quis quoquo modo vel verbis, vel sermone, vel gestu, nutu, silentio, opere vario, subindicet se abhorre à Christiana doctrina, & ejus professione. Contrarium ejus est Conferi. Damnatur abnegatio Christi, & Christianæ pietatis, nonnullis locis.

ABNEGARE, QUID?

Seipsum.

Redemptor generis nostri Christus, dum ad sui sequelam discipulos hortatur, velut medium opportunum suggerit, ut primum semetipsum abnegent, dicens: Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Atque ex hinc vocabulum abnegandi desumptum est. Suiipsum autem abnegationem definiunt S. Basilii, summam rerum omnium vitæ superioris oblivionem, atque à voluntate sua recessum. In regul. suis, disp. 4. 6. Et S. Hieron. in Math. Qui deponit veterem hominem cum operibus suis, denegat semetipsum. Math. 16. Hujus autem virtutis, qua merito Christianæ perfectionis complementum vocatur, insignis sedator extitit Gentium Doctor Paulus, qui velut sibi mortuus, & Christo vivens, ad Galatas scripsit: Vivo ego, jam non ego; vivit verò in me Christus; & iterum, Mihi mandus crucifixus est, & ego mundo, cap. 2. & 6. Talis quique nostrum est, ait S. August. qualis est ejus dilectio: terram diligis, terra eris; Deum diligis, Deus eris. Tract. 2. in epist. 1. Ioan.

Neque sanè minus exemplo desunt, quam verbo, hujus virtutis assertor Christus, ut qui luculenter pronuntiavit, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Ille enim perfectè se abnegaverit, qui voluntatem suam sub divinæ obedientiæ jugum transferat, eamque ceu holocaustum Deo offert, ut de ea nihil sibi reservet. Ioan. 5. 30. Quere Titulos de Cognitione sui, Propria voluntate, Mortificatione, Affectuum moderantione, &c.

ABNEGATI FACULTATUM.

Vide Bonam temporalia contemnenda propter Christum, & infra ABRENTIATIO.

* Abomi-

A

* Abominatio.

* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Abominatio idem est quod detestatio, execratio, devotio; dicitur autem à voce Ab & Ominor, quasi pro malo omine habeo: unde quò abominatur, execrari, & tanquam sinistra omnia à nobis repellere censetur: Aborsus & Græci dicunt, & abominatum five diris devotum, quomodo Hannibalem patentibus abominatum vocat Horat. in epist. ad Valerium. Ponitur autem plerumque abominatio pro re abominabili, vel abominata, quomodo Exod. 28. Abominations Egyptiorum dicuntur pecudes sacræ, quarum eadem tanquam sacrilegam abominabantur Egyptii, ut qui eas colesent quasi numina, ut tanquam quid numinis habentia. Unde & Pastores ovium, & laniones apud illos abominabiles erant, quòd mactarent, & occiderent ipsorum numina. Vide paulo post. Volunt plerique, Abominacionem differre ab imprecatione, quòd hæc malum absens, illa præens respiciat, quòd factò vel voce detestetur. Aliquando abominatum idem est quòd Græcis ἀβυσσος, id est, nefas & contra jus five leges, & ita utitur Lucas Act. 10. vers. 28.

ABOMINATIONES QUÆ APUD ÆGYPTIOS.

Postquam per manum Moysis Deus Ægyptios afflixisset, nolletque Phario dimittere populum ad sacrificandum, sed vellet eos sacrificare in Ægypto; dixit Moyses, Non potest ita fieri: Abominations Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro: Exod. cap. 8. Vocabat autem Moyses abominaciones Ægyptiorum, animalia sacrificanda: quia Ægyptii eadem tanquam Deos, aut diis sacra venerabantur. Sic Jovem Ammonium in arcte colebant, Apim in vitulo. Nisi dicamus, ea hic vocari abominaciones, quæ Ægyptii offerebant Diis suis, erantque Hebræis abominabilia. Sic portum Cereri, anketem Veneri, alinum Priapo, canem Dianæ, Phebo equum immolabant; quæ tamen animalia Hebræis nefas erat immolare. Ex comment. Cornelii à Lapide in c. 8. Exod.

C

APUD JUDEOS.

Abominabantur Judæi quæcumque erant contra legem, five ea essent cæronomalia, five judicialia. Ita abominatos legitur connubia cum alienigenis, commercia cum Publicanis & peccatoribus, esum stultæ, immundorum, & sanguinis, &c. contactum mortui, & aliorum, propter quæ contrahebatur immunditia legalis, &c.

APUD FIDELIS.

In populo Fidei vox Abominacionis dicitur de Idolis, & iis que Idolis immolantur, aut denique de illis, qui divinos honores affectant. Ita dixit Christus Matth. 24. Cum videritis abominacionem desolationis, stantem in loco sancto. Loquitur enim vel de Antichristo, vel equestri statua Imp. Adriani; ut exponit Hieron. in illum vers.

RITUS, five FORMA.

Krodo nomen erat Idolo Saxonum, à Carolo Magno everso, quòd Sarunum sunt arbitrati. Locus cultus ejus in Hartetborg veteri arce. Permanet hodie in gente execrationis vocabulum, ut quoties abominanda res est visa, Krodo cum indignatione dicant. Crantz. 1. 1. Metrop. cap. 3. Ita apud Belgas & VVestphalos usitatum, ut imprecatum frequentius meminerint nominis Dros, hac vel simili locutione: Aufferat, vel perdat te Drosius: quòd volunt desumptum à Drufo illo Romano, qui eas Provincias olim, aut finitimas regiones bello infestavit, & multa crudelia patravit, sic ut nomen illius abominetur etiamnum posteri.

Aborsus. Abortio.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Aborsus five Abortus, Græcis ἀβουρα, dicitur præmatura factus intra quadragesimum diem ex utero natus, five magis proprie ejectio. Neque enim nasci dicitur, præterquam factus perfectus. Ejectionem tamen Medici distinguunt ab Abortione, quòd illa fit grandioris fœtus; hæc autem minoris, five Embriosis, intra diem xl. unde & Græci eam ἔμβρυον vocant. Dicitur etiam à Latinis Abortum. Sunt qui distinguunt Abortum ab Abortu, quòd hic, inquit L. B. T. heur. vit. Human. Tom. 1.

Nonius, parvo tamen, ut mihi videtur fundamènto, sit fœtus grandiusculi, ille verò non ita pridem concepti. Sunt enim nomina verbalia à verbo Abortio, ita dictum ab immaturo five intemptivo ortu; unde Gellius 1. 12. cap. 1. abortiri interpretatur ante maturum partum ejici, & abortionem dicit partus immaturitatem. l. 3.

ABORSUM QUÆ CAUSENTUR.

Uputa

Aborsum facere, procurare, &c.

PSALTRIA quedam insignis utero conceperat. Hera ejus, ne vitata voce quæstus sibi periret, Hippocratem seu Polybum ejus discipulum jussit, ut abortum procuraret. Præcepit ille, ut in terram desiliret. Illa septies ferè id fecit, & genuit non sine strepitu in terram defluxit, sexto die à conceptu. Hæc auctor lib. de Natura pueri, & Gal. 1. de Formatione fœtus. Veteribus licebat fœvos occidere, pueros exponere, eaque propter licuit etiam tum Hippocrati five Polybo, petente id domina, abortum procurare: Christianis non licet.

Eufcibia Constantii Imp. uxor sterilis, invisens Helenæ Juliani Apostatæ, Constantini Magni F. fecunditatem veneno per staudem dato effecit, ut quoruiscumque concepisset immaturum fœtum ejiceret. Marcellinus.

Terræmotu vehemente concussus Venetus sub annum Christi 1342. per dies xv. omnes ferè gravidæ Mulieres, que tum in urbe erant, abortum fecere. Sab. lib. 8. En. g. lib. 3. decad. 2.

ABORTIO IN POEMATA DATA.

In vico Arcadia Condylea dicto, sanum est priscum Condyletætidis. Circa quòd cum puero aliquid luderet, suniculo, quem repererat, Dianæ signum obligato collo per lulum trahentes, Dianam frangulari dicitabant. Eos Capthyenses cives violati numinis crimine damnatos, lapidibus obruerunt. Unde communis pestis fœminis incessit, ut omnes quæ uterum ferrent, fœtus per abortum abicerent: neque antè malum cohibere potuit, quam oraculi jussu pueros sepelissent, & quotannis illis inferias mitterent, quòd infantes perempti essent. Pausan. in Arcadicis.

ABORTIONE MORTUE.

Quere Tit. Mortis Instrumenta.

PENNA PROCURANTIUM ABORSUM.

Mulier quedam Milesia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis damnata est: neque injuria, quæ spem parentis memoriæ nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum Republicæ civem suffulisset. Itaque & marito justa causa divortii fuit, si sua ope vel industria uxor abortum fecerit. P. Erodianus ex Cicerone pro A. Cluentio, & Tryphonino Jurisconsulto l. 10. Disp. 2.

Scribit de hoc crimine Terrull. in Apolog. c. 9. Nobis homicidio semper interdicho, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est prohibere nasci. Nec refert, natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet. Homo est qui factus est. Nam fructus omnis jam in femine est.

Pœna civili morte plectendus est, qui abortivi post animatum fœtum causam dederit. Est enim homicidia. l. pen. C. de sicar. l. Divna. Vide Covarru. tom. 1. resol. var. p. 2.

Et in l. 3. ff. ad l. Corneliam de sicar. Ex Senatûconsulto relegari justa est ea, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ acceptat, discesserit.

Cap. si aliquis de Homicidio, dicitur, eum qui fecerit, ut mulier non possit concipere, vel generate, vel ut proles non possit nasci, ut homicidam tenendum. Quia tamen verè non est homicidium, non punitur morte, sed exilio, si est nobilis: ad metalla, si ignobilis; ut expressè habetur l. si quis aliquid 38. §. Qui abortivis. ff. de Panis.

Legè Ecclesiastica irregularis est, qui abortioni causam dederit, puta, si animati fœtus abortum procuraverit. Ita Covar. supra.

Gravissimas in hoc crimen pœnas statuit Sixtus V. Bulla quæ incipit, Effrenatam perditissimorum. Vult enim, hoc crimen patrans ordinariæ pœnæ homicidii, & ipso facto excommunicationi subjacere. De qua accuratè Grassius lib. 2. cap. 62.

GREGORIUS XIV. eas pœnas non nihil mitigavit, ut testatur Em. S. in Aphorism. verb. Homicidium.

A rogaretur, nunquid fieri impeteret? Nihil, inquit, quam ut enes apertis radendis Gallorum barbibus, insinuabat, cominus non eminus pugnantem. L. Beyerlinck supra Tit. Barba. Consule Tit. de Barba. & Capillis. Item locum de Luxu. Tit. Luxus corporis. S. Capilli. Pili. &c. Denique locum de Piliis in litt. P.

Abrenuntiatio.

Idem quod Abdicatio, Negatio.

QUOTUPLIX. QUARUM RERUM?

Abrenuntiationem triplicem statuit Io. Cass. collat. 3. qua est Abbatibus Paphnucii c. 6. Prima est, qua omnes divitias contemnimus, de qua Christus: Qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus. Secunda, qua mores affectuque vitionum pristinos refrenamus. Tercia, qua mentem a terrenis ad caelestia revocamus.

QUANDO FACIENDA?

Palam, & velut in publico sit jam olim in Baptismo, ut nempe baptizandus confiteatur, vel per se, si fuerit adultus, vel in partu, si infans, & contestetur se abrenuntiare Diabolo, & omnibus illius pompis, & Angelis. Videatur Tertull. lib. de corona militis cap. 3. Eumque morem etiam Lutherani hodie observant. Et arbitrantur nonnulli, hunc ritum desumptum esse ex eo, quod S. Petrus Act. 2. initio praedicationis monet, fugiendam esse societatem cum malis, & pervertis. D. August. ad Catech. scribit in hunc modum: Diabolo vos renuntiate professi estis: in qua professione, non hominibus, sed Deo & Angelis ejus confitebitibus, dixistis, Renuntio. August. lib. 4. de Symbolo fidei ad Catechum. c. 1. Ambros. lib. 1. de Sacrament. cap. 2. Fit etiam Abrenuntiatio prima speciei in solemnii Professione Religionis. Ut ad quos essentiam pertinet pauperis voluntaria, qua similes renuntiationem includit. De qua suo loco.

QUANDU EA SERVANDA.

S. Ephrem Syrus dicit, eam renuntiationem servari debere usque ad mortem. In die enim iudicii, ait, Angeli proferent chirographum tuum, & vena oris tui coram formidabili tribunali, & ex ore tuo iudicaberis. Serm. de compunct. tom. 3. Quare simul de volumis aria p. asperata. Conspectu Divitiarum. Valparatum Desolatione, &c.

Abrogare. Abolere. Tollere.

QUID. NEMPE

Leges. Consuetudines abrogare.

Sub loco Injustis, Leges injustas abolere.

Ex Oppia, lata fuit M. Oppio & T. Romuleo tribunis populi, Q. Fabio & T. Sempronio Cossim medio ardore Punici belli, ne qua mulier plusquam femineiam auri gestaret, neque vestimento diversi coloris uteretur, neque vestibulo curru in urbe oppidove ad mille passus, nisi factorum curru, uteretur. At recepta Hispania, & subjugata Africa, tulerunt plebiscitum de abroganda lege. M. Fundanibus & L. Valerius tribuni populi. Brutus & Titus Junius legem Oppiam nebantur, nec etiam abrogari se passuros aiebant. Ad faciendam vero distinaendumque multi nobiles prodibant. Capitolium turba hominum faventium adversantiumque legi complebatur. Matrone nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec virorum imperio contineri limine poterant. Omnes enim vias urbis aditumque in forum obfidentibus, viros defendentes ad forum orabant, vel florente republica, ac per consequens crescente in dies etiam privata, omniumque fortuna, matronis quoque pristinum ornatum reddi pareretur. Augebatur hac mulierum frequentia in dies: nam etiam ex oppidis conciliabulisque conveniant. Jamque consules, & praetores publice rogare audebant; habebant tamen alterum Consullem Marcum Portium Catonem inexorabilem, qui pro munda lege publice orationem habuit. Contra vero Lucius Valerius pro rogatione mulierum confutavit Marci Pontii Catonis orationem. Victoria

que mulierum peritio, ut lex abrogaretur. Omnes enim E urbis matronae, & mulieres una acie in Capitolium concurrentes, rogarunt omnes magistratus ac tribunos. Ex qua res tantus fuit mulierum favor, quod omnes pariter iudice averunt, legem Oppiam esse abrogandam; qua vicissimo, postquam lata fuerat, anno abrogata est. Io. Germa. lib. 6. Paral. Hispanie.

ROMANI olim lege nepotes ducere prohibebantur, quae ipsa tamen post saluta est tali occasione. Vir quidam pauper, ceterum bonus, & cum primis popularibus acceptus, quem neptem, cui dos ampla esset relicta, in matrimonium accepisset, locuples ex eo, & copiosus factus est. Eius rei accusatus iudicio multitudinis absolutus est. Plebiscitum deinde factum, ut in ducendis uxoribus, ad nepes usque descendere liceret, superiote necessitudine prohibita. Plut. in quasi. Rom. Consule locum de Polygamia abrogata. A. Item lege antiqua Scripta abolere.

Consule locum Ignominiae. Libri exstiti.

JOARIM Judaeorum Rex scriptum Hieremiae Prophetae in die jejunii populo per Baruch amanuensem ejus proposuit sibi per Judii praesidi curavit. Sed vi dum tribus pagellis praescitis, quod Regis Assyrii incursionem, & Hierosolymorum devastacionem minaretur, arripitum codicillum (scalpello discidit, & in ignem projecit. Hierem. c. 36. Chaldaeorum Reges libros Moisaicos & propheticos omnes, capta Hierosolyma, exusserunt, teste Eusebio in libro Temporum. Quam deinde iacturam Efdras scriba vivaci reparavit memoria. Vide Tit. Memoria exvellentis. Ephesiorum urbis Magos plurimos aluit. Qui ad fidem conversi, congestos libros in conspectu omnium cremaverunt. Quorum pretium L. numerum milia superavit, hoc est, v. m. ducatorum. Ath. 19. Augustus tragediam scribere adortus erat Ajacem. Eam, five jam quod dupliciisset, ut Macrobius recet, five slyo non succedente, ut Suetonio videtur, abolevit: & interrogantibus amicis, Quid Ajax suus ageret? In sponsiam, inquit, incubuit.

Edidit Caligula Caesar certamen Graecae Latinaeque facundiae in Gallia Lugduni, quo certamine fuerunt victoribus premia victos contulisse, corundem & laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua, sponsiam linguave delere iussos, nisi ferulis objugari, aut fumine proximo mergi maluissent. Suetonius in Caligula. Styluco Honorii Caesaris socer concitatus in generum seditionem, versum omnes Sibyllinos curavit abolendos. De quo factio loquens Claudianus inquit: Nec tantum Getici gratias proditor armis, Ante Sibyllinae saepe cremavit opis. L. Vives in lib. 17. August. de civit. Dei. cap. 23. Saracenos ubique Romanas litteras delevisse, & libros exussisse, & suos substituisse. Jacob. Curio l. 2. Chron. annotat.

Jo. Picus Mirandula elegiaco carmine amores luferat. Eos quinque exaratos libros religionis causa ignibus tradidit. Multa itidem rhythmis lusit Hierufcis, quae pari causa par ignis absumpsit. Ioan. Franciscus in eius vita. Editio.

Diocletianus Imp. Nicomediae edicto mandavit, ut qui Ecclesiam praesiderent, ubique gentium in vincula traderentur, nisi victimas diis ritu gentilitio immolassent, ad quod omnibus tormentorum generibus cogerentur. Hoc edictum H in publico propositum, Civis quidam Nicomediensis ibi audivit, raptim ad eum locum accurrat, ac tanquam impium manibus avulsim discidit. Itaque primus omnium sacra martyri corona donatus est. Sigon. lib. 1. Imp. occid. Testamenta corrumperet.

Mortuo Philippo Maria Mediolanensis populus ad libertatem proclamavit. duodecim viros electos, qui republicam administrarent. Castrum portae Jovis captum ac dirutum est, & testamentum Philippi dilaniatum, quo Alphonsum Aragorum haeredem instituerat. An. Sylva. cap. Europa. CUR. CAUSA. Tranquillitas.

Cn. Pompejus Sertorii monumentis in Hispania potius, in quibus multorum epistolae principum erant, qui cum praesentem rem mularum movere & verare rem. cuperent, Sertorium in Italiam avocant: omnes concremavit, penitentiae locum dant, & ut corrigere se improbi possent. Plutarchus in apoph.

Ignominia. Vide locum Ignominiae, Statue everse, Domus demolite, & similia.

Absentia. Absentes.

Sive Persona, sive Resipile. De utriusque hic locus accipitur.

ABSENTIUM DESIDERIUM.

Urputa

REIBONA.

Consule locum vitorum.

IMMORTALITATIS.

CLEOMBROTUS Ambraciota, lecto Platonis Phaedone de immortalitate animae, ut ex hac vita, quae est velut mors quaedam, ad immortalitatem migraret, est muros se in mare dedit praecipitem. Cic. in 1. T. U. Jul. in eum exto et epigramma Callimachi Graecum.

EMPEDOCLES Philo. Agrigentinus in Etan in inslitt immortalitatis amore.

SCIENTIAE, COGNITIONIS.

Silegitima sit & decora, laude digna est. Sin indecora. Curiositatis nomen sibi eximie vendicat. Plutarchus πολυπραγμοσύνην definit, περιεργαζόμενος κακά, id est, Curiositatem, studium aliena mala cognoscendi. Atque id hominum genus lamis similes est, quae domi oculos reconditos habent, foras egresse reponunt: atque ita fit, ut domi cœcutiant, fors sint oculatissima. In hujusmodi praeposterè oculatos eleganter torferis illud Sophoclis de senibus dictum: Πηχάδα λειών, ἐγγύθι τῆς τρυφῆς. id est, Procul videns, sed communi videri nihil. Nam id senibus accidit, ut propius adnota non cernant, longius remota videant. Eras. in Adag. Arcanorum.

De hac ipsa quoque infra sub Investigacione.

Ovid. 2. Metam. fabulam narrat, quemadmodum Minerva dederit cotodiendum Erichthonium cista vineina clausum filiaibus Cecropis, monitis prius, ne curiosè, quod inclusum esset, inquirerent: ipsas eò magis arsisse cupiditate videndi: ita dæterum puerum, resolutis cistae nodis, videlicet cubantem una draconem. Pausanias Pandrosium deæ paruisse narrat, reliquis duas reatissime, idem in forem verfas ex aetis loco maxime praecipiti deieccisse se. Sapientia.

NICAULA Saba, Aethiopia Regina, ex intims regni finibus, ad spectandam audiendamque Salomonis sapientiam, Hierosolymam venit. 3. Reg. 10. Sultritia.

ARAGONI proceres Ramiri ex Monacho Regis imperitium irritare soliti, cum ille Campanam tam magnam se facturum divulgasset, cuius lonas per totam Hispaniam audiretur, in Oscam civitatem studio videndi convenientes, ab eodem singillatim comprehensi & capite plexi fuere numero xv. Filiis patrum cadavera ostendens, eadem erga illos severitate se usum affirmavit, si patrum mores imitarentur. Mariani. l. 8. rer. Hisp.

ALIMENTORUM, CIMI, Potius.

Ex loco Famis & Sitis memorabilis, item Crispula & Brietatis, hic paragrahus illustrari potest. Esau familiaris est venatione rediens, lentis edulio jus sue primogeniture fratri Jacobo vendidit. Gen. 25. 32.

ISRAELITE in deserto penuriam patientes, dicebant se super ollas carnium in Aegypto fedisse: oblii gravissimè servimus, quae vexabantur. Exod. 16.

Dicebant iidem in deserto: Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis. Num. 11.

Quam Rex agros de purco Bethleem aquam bibere cupiebat. David tamen ipsam modò non sanguine trium fortissimorum militum comparatam bibere recufavit. 2. Reg. 23.

CONVIVIORUM, CONVIVIBETE.

Notati sunt olim Myconii insulares, quod ob tenuitatem alienas cenas caperent. Proinde, qui invocati ad convivium venissent, Myconii more venite dicebantur. Invehitur in Periclem Archilochus apud Ath. in 2. d. Fragm. de buxariorum intervariora. dicitur quaedam, puerum in fine, qui invocatus

ingereret se ad convivia, Myconiorum more. Erasim. in E. Adag.

ULTIONIS.

THEOGENES, gnomologus aliqui preclarus, inter suavissimos motum flores has quoque spmas atque tribulos interferit, inquiens:

Ὅλε μοι τὴν ἐλπίδα δόλιον τὴν, οὐ μὴ οὐρίαν, τὴν τ' ἐχθρῶν μαζῶν κίρην δὲ κακοῦ δόλου. Ἄλλως αὐτὸν ἀδύνατον ἔστι ἀσπίδα τοῦ θεοῦ, ἢ ἐμὴ δόλου μὴ παρὰ τὴν δόλου.

Jupiter mihi amicorum det remunerationem, qui me amant, & ut inimicis potentior sim, ut sic possim videri inter homines Deus esse, si ullum inimicos me fors apprehendat mortis.

L. Sylla rerum potius, in C. Marii caput pecuniam pronuntiavit. Plut. in Sylla.

Coracota latro insignis in Hispania fuit. Eum qui cepisset vivum, decem aureorum milia ab Augusto accepturus videbatur. At postquam in ultro Angusta fidei se commisit, immunitatem ei concessit, & muneri insuper affecit. Dion. in Augusto.

DIVITIARUM COMPARANDARUM. Auri fames.

Consule locum Avaritiae, quatenus Amorem divitiarum complectitur.

GEMMARUM.

Ferunt, C. Julium Caes. Britanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus, Gemmas, toreumata, & signa, tabularum operis antiqui semper animosissime comparasse: servitia recentiora politioraque immenso pretio, & cuius ipsam etiam puderet, sic ut rationibus veterat inferri. Suet.

HONORUM.

Ex loco Studii gloriae, & Ambitionis, get antur exempla. Colofis impendiò delectabantur olim Imp. Romani, quibus, ut videretur, magis erat cordi maximos esse, quam optimos. Eras. in Adag.

IMPERII, REGNI, REGIONIS occupanda.

Vide locum Ambitionis in regno affectando.

MAXIMUS Constantini Imp. legatus, Britannia subjugata, G a militibus Augustus dictus, orbis totius imperio inhians, in Galliam trajecit, Gratianum Caes. militum insidius interfecit. Per Germaniam inde & Italiam tributum solo nominis terrore undique exigentem, Theodosius Augustus apud Aquileiam, ut Paul. Diacon. scriptum reliquit, exercitum clausit, cepitque, & occidit. Victorium filium adolescentem, cognita patris nece, milites Romani, quos in Gallia cum eo reliquerat, extinxerunt. H. Boeth. l. 7.

ALARICUM Gothum, qui sub Theodosio M. contra Eugenium tyrannum militaverat, Rufini astu evocatum, Graecia per quinquennium direpra, vexata, populataque Pannonia, dira libido incescit Italiae invadendae; atque ad eò etiam (quod nefas audire videretur) urbis Romae diripiendae. An. igitur 401. exeunte aetate, irruptionem sibi censurandam, ut bellum perhemitem in Italia gereret, cuius etiam faventis Gothi gens frigidissima in locis nata patientissima esset, sic enim Italos & minimè tum à petuculis hostilibus cautos, & parùm ad rem gerendam idoneos propter asperitatem temporis esse futuros. Atque adeò incrediblem victoriam cursu per Veneriam in Italiam irrupit, Haec H usque progressus, ubi Honorius Imp. morabatur. Scilico propter ex Rhaetia Romanum exercitum adducens, depetatas res restituit, saepiusque victum Alaricum trans Alpes ingloriorum se se recipere coegit. Sigon. l. 17. Imp. occid.

CONDOLENTIAE AMICORUM, Subditorum.

SOLON in Elegiis suam ab amicis mortem deseri cupit his verbis:

Μὴδ' οὐδ' ἀλλὰ δὲ δαίμων ἔλασεν, ἀναγλόμεν. Πόνταις δαίμων ἐλόμεν ἔσθλας. Ne mihi lugubris veniat mors, sed mihi charis Martorem potius adferat, & gemitus.

HERODES Rex Judaeorum, cum funis suum luctu caritum sciret, quod omnes mortem suam lætis accepturi essent animis, ut vel invitingerent, in mandatis dedit, ut Hypodromo conclusi Judaeorum proceres se extindo trucidarentur. Sed Salome soror crudele mandatum exequi noluit. Iosephus.